# KURENDA

## Przemyskiego Konsystorza biskupiego o. ł.

### N. III.

### R. 1876.

N. 88.

præs.

Comunicantur Vbli. Clero diœcesano Decreta Sacrorum Rituum Congregationis, quibus permittuntur missæ de Requie cantatae ter qualibet hebdomada non obstante festo ritus duplicis, et missæ lectae de Requie in exequiis pauperum, et in anniversariis pro die obitus recurrente fundatis.

Peculiaribus causis et indigentiis ecclesiarum saepe saepius Nobis expositis permoti supplices preces Beatissimo Patri substerni curavimus, quatenus a rigore rubricarum intuitu missarum de Requie, in favorem Dioecesis Nostrae et signanter parochialium et filialium ecclesiarum remittere, atque diebus nonnullis per easdem rubricas prohibitis, præfatas Missas in cantu vel etiam lectas concedere dignaretur.

Sanctitas Sua mediante Sacrorum Rituum S. Congregatione dt. 6. Aprilis a. c. sequentibus privilegiis supplicationi Nostrae annuere dignata est:

I. „Premislien. Latinorum. Reverendissimus Dominus Mathias Hirschler Episcopus „Premisliensis quo facilius in ecclesiis parochialibus et filialibus suae Dioeceseos adimpleri „valeant onera tum fixa tum adventitia *missarum de Requie cum cantu*, a Sanctissimo „Domino Nostro Pio Papa IX. supplicibus votis postulavit, ut in iisdem ecclesiis missae de „Requie *cani* valeant triduo in qualibet hebdomada, etiamsi officium ritus duplicis occurrat. „Sanctitas porro Sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, „benigne annuit juxta preces, dummodo praefatae ecclesiae alio simili indulto non gaudeant, „atque omnino exclusis a praesenti concessione Duplicibus primae et secundae classis, „Festis de praecepto servandis, Feriis, Vigiliis, Octavisque privilegiatis. Contrariis non „obstantibus quibuscumque. Die 6. Aprilis 1876. C. Epus Ostien. et Velitern. Card. Pa„trizi S. R. C. Præf. — Plac. Ralli S. R. C. Secret.

II. „Premislien. Latinorum. Quum ab expositis huic Sanctae Sedi Apostolicae a „Rmo. Dno. Mathia Hirschler Episcopo Premisliensi conjici facile possit, quod Ecclesiae

„parochiales et filiales Dioeceseos suae relate ad celebrationem Missarum de Requie „absque cantu, dum officia occurrunt ritus duplicis, in iisdem ferme circumstantiis versari, „quae locum dederunt Decretis alias latis ab hac Sacra Rituum Congregatione, praesertim in Curien. die 19. Junii 1700. ad dubia IX. et X., in Brugen. die 12. Septembris „1840. et in Mechlinien. die 22. Maji 1841. Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX., „ad humillimas preces ejusdem Rmi. Episcopi a subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario relatas, de speciali gratia benigne annuit, ut memorata Decreta etiam „in Dioecesi Premisliensi serventur: attamen singulis sub clausulis et limitationibus in „ipsis Decretis expressis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 6. Aprilis 1876. „C. Eppus Ostien. et Velitern. Card. Patrizi S. R. C. Praef. — Plac. Ralli S. R. C. „Secret."

Decreta vero in secundo mox descripto privilegio citata, hæc sunt:

a) *in Curien.* **Dub. IX.** „Utrum in ecclesiis parochialibus, ruralibus in quibus per „annum plerumque unus tantum sacerdos celebrat, et sine cantu, possit dici Missa de „Requie, quando anniversaria ex testatorum dispositione, eorum recurrente obitus die, „vel quando dies 3. 7. vel 30. incidunt in festum duplex minus?

„**Dub. X.** Utrum ex privata devotione parochianorum petentium saepius per annum „anniversaria pro defunctis parentibus fratribus amicis et aliis defunctis, Missa solemnis „in ruralibus ecclesiis *cantari* possit de Requiem in festo duplici minori, altera missa cantata de festo ubi adsunt plures vel saltem duo sacerdotes?

„S. R. C. sub die 19. Junii 1700. respondit: ad IX. *Quoad Missus et anni- „versaria recurrente obitus die affirmative.* In reliquis negative.

„ad X. Affirmative, dummodo sermo sit de die vere anniversaria a die obitus."

b) *in Brugen.* „In multis locis Dioecesis viget consuetudo, ut in exequiis paupe- „rum, qui solvere non valent expensas missae cantatae, missa privata de Requie legatur „praesente corpore in festis etiam duplicibus majoribus non tamen primae et secundae „classis neque infra octavas privilegiatas neque in Dominica neque in iis diebus, quae „excludunt festa duplicia. Quaeritur an praedicta consuetudo servari possit? S. R. C. sub „12. Septembris 1840. respondit: Servari posse, juxta decretum in una Curien. diei 19. „Junii 1700. ad Dubium IX."

c) *in Mechlinien.* „Invaluit usus in Dioecesi Brugensi, ut in exequiis pauperum, „qui solvere non valent expensas missæ cantatæ, legatur missa privata de Requie prae- „sente cadavere in festis duplicibus etiam majoribus non tamen primae vel secundae clas- „sis, neque infra octavas privilegiatas, neque in Dominica, neque iis diebus, quæ exclu- „dunt festa duplicia. Respondit autem Sacra Congregatio die 12. Septembris 1840. hanc „consuetudinem servari posse. Quum præfatus usus invaluit quoque in multis ecclesiis „archidioecesis Mechliniensis, quaeritur, an per totam hanc dioecesim praedicto Decreto „se conformare liceat? — Et S. R. C. sub 22. Maji 1841. respondit: Affirmative."

## Observanda A. quoad privilegium I.

1. Privilegium istud solas tantum ecclesias parochiales et filiales respicit, ideo nec ecclesias regulares — nisi sint simul parochiales — nec oratoria publica, nec sacella privata comprehendit.

2. Hocce privilegium est *locale*, adeoque omnes sacerdotes in ecclesiis parochialibus et filialibus Dioecesis Nostrae celebrantes, facultate hac uti possunt iisdem ipsis tamen diebus.

3. *Tribus tantum in quavis hebdomada diebus* privilegio hoc uti licet, nec potest indultum istud ultra tres dies extendi neque ex una hebdomada in aliam transferri sub prætextu quod in aliqua hebdomada una tantum aut nulla missa requialis cantata fuerit; manet tamen firma eadem concessio, etiamsi in aliqua hebdomada occurrerent quoque festa semiduplicia, simplicia aut feriae non privilegiatae, quae alioquin admittunt Missas de Requie.

4. Omnes Missae de Requie in duplicibus *cantari* debent; Missae enim lectae privilegio hoc non gaudent.

5. Non licet in fundamento hujus privilegii cantare missas requiales in festis duplicibus primae vel secundae classis, nec in festis de præcepto servandis, nec in Dominicis, neque denique in feriis, Vigiliis et octavis privilegiatis; *(feriae privilegiatae* sunt: fer. IV. Cinerum et tota hebdomas major. *Vigiliae privilegiatae* sunt: Vigil. Nativitatis Dni, Epiphaniae et Pentecostes; *Octavae privilegiatae* sunt: Octava Nativitatis Dni., Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi.)

## B. quoad privilegium II.

Isto privilegio conceduntur:

1. *Missae lectæ de Requie in anniversariis* pro recurrente die obitus *fundatæ*,
2. *Missae lectæ de Requie* in exequiis pauperum præsente cadavere, non obstante festo duplici, exceptis tamen festis ritus duplicis primae vel secundæ classis, festis de præcepto servandis, Dominicis — et feriis, Vigiliis octavisque privilegiatis; denique
3. *Missae* de Requie *cantatae* in anniversariis recurrente die obitus ex privata devotione parochianorum pro defunctis postulatæ non obstante festo ritus duplicis minoris.

A Ordinariatu Episcopali r. l

*Premisliae 21. Aprilis 1876.*

N. 1093. Revocantur in memoriam Vblis. Cleri diœcesani quaedam Decreta Sacrorum Rituum Congregationis quoad materiam et colorem paramentorum liturgicorum.

Ex horsum exhiberi solitis consignationibus piarum oblationum in paramentis et linteaminibus pro variis Ecclesiis Dioecesiis Nostræ factarum cognovimus, non semper observari præscripta ecclesiae quoad colorem paramentorum et materiam linteaminum; nam saepe contigit legere in dictis consignationibus de oblata casula aut stola flavi (żółtego) vel caerulei (niebieskiego) coloris, aut de tobaleis seu mappis, (obrusy) pallis & corporalibus e gossipio, vulgo „percallo," aut e sic dicto „Schirting" confectis, nec non

de oblato velo pyxidis rubei aut caerulei coloris; ideo consultum esse duximus nonnulla Decreta Sacrorum Rituum Congregationis, in hoc objecto lata, in memoriam Venerabilis Cleri dioecesani revocare.

Quoad materiam linteaminum in sacrificio missae adhibendorum exstat sequens Decretum generale:

„Quamvis S. Rit. C. sub die 15. Martii 1664. reprobaverit morem, qui forte „alicubi obtinuerat, conficiendi amictus, albas, tobaleas altarium nec non corporalia et „pallas ex tela quadam composita ex lino et gossipio subtilissimo, nihilominus novissimis „temporibus adeo invaluit abusus, ut, constanti Ecclesiae disciplina posthabita, nonnullis „in ecclesiis non alia adhibeantur supellectilia vel ad Sacrificandum vel ad altarium usum, „nisi ex simplici gossipio confecta. *Ad hanc corruptelam*, quam bene multi consuetudi- „nis nomine cohonestare nituntur, *radicitus evellendam* studia converterunt Eminentissimi „et Reverendissimi Domini Cardinales sacris tuendis ritibus praepositi. Solliciti idcirco, „ut quod usque ab Ecclesiae primordiis quoad sacra indumenta et supellectilia ob reales „et mysticas significationes inductum est, retineatur, restituatur, et in posterum *omnino* „servetur; declararunt et decreverunt ab antiquo more sub quolibet prætextu, colore ac „titulo non esse recedendum, et eadem sacra indumenta ac supellectilia conficienda esse „ex lino aut cannabe (z płótna lnianego lub konopnego) non autem ex alia quacumque „materia, etsi munditie, candore ac tenacitate linum aut cannaben aemulante et æquante. „Aliqua tamen indulgentia utentes permiserunt, ut amictus, albae, tobaleæ, mappulæ, si „quae ex gossipio habentur, adhiberi interea possint, usque dum consumentur, *sed cum* „*hujusmodi supellectilia renovanda erunt, ne ex alia materia fiant, nisi ex lino, vel can-* „*nabe*, praeceperunt. — *Districte vero jusserunt, ut Corporalia, pallae et purificatoria post* „*lapsum unius mensis a præsentis decreti publicatione linea omnino sint, interdicto et ve-* „*tito aliorum usu, quae ex gossipio supersunt.* Et ista decreverunt, ac ubique locorum, si „Sanctissimo Domino Nostro placuerit, servari mandarunt. Die 15. Maji 1819. Decr. ge- „ner. Facta autem per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas „Sua Decretum Sacr. Congregationis approbavit, confirmavit typisque editum publicari „præcepit: ac præterea jussit ut Locorum Ordinarii ejusdem observantiae sedulo incum- „bant, die 18. ejusdem mensis et anni."

Quoad pallas, quae juxta præscriptum ecclesiae ex lino aut cannabe esse debent, invaluit usus easdem a parte superiori drappo seu panno serico vel eadem materia, de qua casula confecta est, cooperire; ideo proposita fuit quæstio Sacr. Rituum Congregationi: „an non obstantibus decretis a S. R. C. editis, uti liceat, palla a parte superiori panno serico cooperta?" Sacror. Rit. Congregatio respondit sub die 10. Januarii 1852: „Permitti posse, dummodo palla linea subnexa calicem cooperiat, ac pannus superior non „sit nigri coloris aut referat aliqua mortis signa."

Ergo etsi permittitur usus pallae, quae a parte superiori cooperta est panno

coloris rubei vel viridis vel violacei, dummodo subnectatur palla linea a parte inferiori; tamen omnino prohibitus est usus pallae a parte superiori panno nigri coloris coopertae, quales pallae communiter una cum stola, bursa et velo ab opificibus paramentorum liturgicorum casulis nigri coloris apponi solent.

*Quoad colorem paramentorum liturgicorum*, Ecclesia romana juxta Rubrum Missalis tit. XVIII. quinque coloribus uti consuevit, nempe: albo, rubeo, viridi, violaceo et nigro, ita, ut secundum plura decreta S. R. C. paramentis alius coloris in liturgicis functionibus minime uti liceat. Et sic ad quaestionem: „utrum liceat uti colore flavo (żółty) vel caeruleo (niebieski) in sacrificio Missæ et expositione SS. Sacramenti,“ respondit S. R. C. sub 16. Martii 1833.: „Negative.“ Et iterum ad quaestionem: „an usus coloris caerulei in sacris paramentis permitti possit pro colore albo vel potius pro violaceo?“ S. R. C. respondit die 23. Februarii 1839. „Negative in omnibus, et usum caerulei coloris veluti abusum eliminandum.“ — Et ita passim ad omnes similes quaestiones.

*Quoad colorem veli pyxidis*, hicce semper albus esse debet, juxta Rituale romanum titulo de Ss. Eucharistiæ Sacr. — Usus ergo veli pixydis alius coloris quam albi omnino prohibitus est. — Item *velum humerale oblongum* (vulgo tuwalnia) in processionibus et benedictionibus cum Santissimo Sacramento adhibendum etiam *albi* coloris esse debet. Contra observationem prædictorum Decretorum quoad materiam paramentorum et supellectilis ecclesiae obmoveri solet, quod non possint respui piae oblationes fidelium, eo quod earum materia et respective color non stricte respondeat præscriptis ecclesiae. — Sed ignorantia fidelium non potest excusare laesionem legis ecclesiasticae, quae in hacce materia nulla consuetudine etiam immemorabili abrogari potest. Ceterum quid juvat acceptare suppellectilia et paramenta oblata, quae nulli usui esse possunt in functionibus liturgicis absque contemptu praescripti ecclesiastici?

Quare hisce VV. Clerum provocamus, ut fideles in concionibus liturgicis super materia et coloribus paramentorum sacrorum instruat, atque moneat, ne absque praevio consilio parochorum similia dona comparent; piisque datoribus declaret, se oblationes apparatuum ecclesiasticorum, quae rubricis non essent conformes, nullatenus recepturum esse.

Super horum executione p. T. DD. Decanos ad strictam vigilantiam peramanter obligamus.

*Premisliae 21. Aprilis 1876.*

L. 1029.
Wzywa się WW. Duchowieństwo do zachęcania ludu a mianowicie przełożonych gmin do ludzkiego obchodzenia się ze zwie-

Zawiązane we Lwowie Towarzystwo ochrony zwierząt domowych i pożytecznych, udało się do Konsystorza Naszego z prośbą z d. 1. t. m. N. 13. o popieranie humanitarnego celu tego. Uznając z przyjemnością, że w celu Towarzystwa rzeczonego przebija się duch cywilizacyi chrześciańskiej, a oraz przez nią wypielęgnowane zrozumienie dobrodziejstw, któremi nas Opatrzność Boska obsypuje dla utrzymania i uprzyjemnienia ży-

rzętami i do przestrzegania ustaw o ochronie ptactwa i innych zwierząt domowyh.

wota doczesnego, przychylamy się do życzeń tego czcigodnego stowarzyszenia, i gorąco polecamy usiłowania jego poparciu WW. Duchowieństwa.

Z pism, które będziemy mogli Wam udzielić celem zaznajomienia Was z zakresem działalności Towarzystwa, i z środkami, przez które się stara wciągnąć kraj cały do udziału w opiece nad zwierzętami, łatwo poznacie WW. Bracia doniosłość i pożyteczność tego stowarzyszenia. Tem samem obudzi się w Was gorliwość do upominania parafian, aby się po ludzku obchodzili z domowemi zwierzętami, które im tyle korzyści przynieść mogą, będąc pod należytą opieką i dozorem.

Na młodsze pokolenie, które po największej części zajmuje się paszeniem bydła i chodzeniem koło niego, trzeba przedewszystkiem wpływać i zaszczepiać w sercu jego uczucia ludzkości względem chudoby domowej i względem ptasząt, do których tępienia częstokroć bezmyślna ciekawość prowadzi małych psotników.

Należy również ożywiać w przełożonych gmin, poczucie obowiązku do ścisłego przestrzegania ustawy krajowej dnia 21. Grudnia 1874. przez Najjaśniejszego Cesarza i Króla sankcyonowanej, która zakazuje wybierania i psucia jaj i gniazd, tudzież chwytania, zabijania i przedawania niektórych ptaków dziko żyjących.

Jak tylko otrzymamy od rzeczonego Towarzystwa pisma, o których wyżej jest wzmianka, nieomieszkamy je rozesłać po dyecezyi.

W Przemyślu 22. Kwietnia 1876.

Communicantur VV. Clero diœcesano mutationes, quæ inde a publicatione I. Currendæ a. c. in Schematismo diœc. evenerunt.

A. R. Fleszar Antonius, Parochus in Łubienko canonice institutus est ad beneficium in Zaleszany; R. Ziemiański Stanislaus, Cooperator Preworscensis ad beneficium in Markowa, A. R. Spis Stanislaus, Professor Theologiæ ad beneficium in Swilcza.

A. R. Morawski Joannes, Parochus in Łężyny constitutus est administrator excurrendo Ecclesiæ in Łubienko.

R. Obłoj Ludovicus eliberatus exstitit a munere administratoris Ecclesiæ in Markowa et applicatus qua Cooperator ad Kołaczyce.

R. Juszczyk Josephus administrator Ecclesiæ in Trzciana obtinuit canonicam institutionem ad idem beneficium.

Die 25. Februarii a. c. obiit A. R. Witoszyński Theophilus, Parochus in Dynów.

R. Jayko Joannes, Cooperator Dynoviensis constitutus est administrator ejatis ecclesiae.

R. Madejski Edmundus, Administrator ecclesiae in Wysoka canonice institutus est ad idem beneficium; R. Biesiadzki Theophilus, administrator Ecclesiæ in Bączal institutus est ad idem beneficium.

Die 6. Martii a. c. obiit A. R. Filipp Stanislaus, Capellanus localis Żurowiensis; die vero 7. Martii A. R. Dutkiewicz Antonius, Parochus in Jedlicze.

A. R. Machowicz August., Parochus in Ołpiny constitutus est administrator excurrendo in Żurowa. R. Janicki Eduardus, Cooperator Jedliczensis nominatus est administrator ejatis ecclesiæ. Translocati sunt: R. Jaroń Vincentius, Cooperator Brzozoviensis ad Przeworsk, R. Dziubek Eduardus e Sędziszów ad Brzozów, R. Janduła Antonius, ex Odrzykoń ad Strzałkowice, R. Mielecki Joannes, e Kombornia ad Turka. A. Rl. Pater Pacificus Suchoński, Ord. Minor. S. Francisci Reformator ex occasione jubilæi sui presbyteralis nominatus est Assessor Consistorii ad honores.

A. R. Maciejowski Joanni, Parocho pensione proviso collatus est usus R. et M.

Die 17. Martii a. c. obiit A. R. Dzikowski Andreas, Parochus Gniewczynensis. R. Białas Adalbertus, Cooperator Gniewczynensis constitutus est administrator ejatis Ecclesiæ.

R. Markiewicz Bronislaus, Cooperator expositus in Gać obtinuit canonicam institutionem ad novo erectam beneficium curatum in Gać.

*Premisliæ 21. Aprilis 1876.*

# Ofiary pobożne.

## a. Składki.

Do wykazanej w kur. I. z 1876. sumy: *6½ cwanc. 3 złr. srebr. 1 rubel sr. 1 rubel bank. 2 talar. w jednej sztuce i 16 talarów różnych w sreb.; banknotami zaś i monetą zdawkową 1341 złr. 57 ct. w. a.*, przybyło: od Jks. Glazera Jakuba 3 dukaty, od parafian Hussakowskich 2 złr. 26 ct., ks. Grocholskiego 2 złr. 24 ct., ks. Kaniewicza 50 ct., od parafian Stubniańskich z Proboszczem 3 złr. — Z dniem 9. Lutego b. r. wynosiła składka, wyż wyszczególnione walory w srebrze i złocie 1349 złr. 57 ct. — Z tej sumy odesłano do Rzymu za pośrednictwem Nuncyatury apostolskiej w Wiedniu dnia 9. Lutego b. r. 1340 złr. Po opłaceniu portoryum za tę posyłkę w kwocie 1 złr. 75 ct. pozostało: 6½ *cwanc.* 3 złr. srebr. 1 rubel sr. 1 rubel papierowy 2 talary w jednej sztuce, 16 talarów różnych sr. i 3 dukaty w złocie, banknotami i monetą zdawkową 7 złr. 82 ct. — Odbiór powyższej posyłki poświadczył Jego Excell. Nuncyusz apostolski następującem pismem. — „Illustrissime ac Reverendissime Domine! Honorem habeo certiorem reddendi Dominationem Vestram Illustrissimam ac Reverendissimam una cum humanissimis Suis litteris die 9 labentis mensis sub Nr. 28/præs. datis, rite me accepisse 1340 florenos v. a., quam pecuniam Dominatio Vestra Illma. ac Rma. clerus ac populus fidelis Suæ dioecesis denuo in subsidium Sanctissimi Patris pientissime obtulerunt. Valde gratum mihi fuit officium curandi, ut hæc pia dona statim ad suam destinationem promoverentur, neque prætermisi, quin pro piis oblatoribus, qui exemplum egregii sui pastoris imitantes novum hoc documentum filialis pietatis et inconcussæ adhæsionis erga S. Sedem et Sum- 1. Na skarb Ojca ś.

mum Pontificem dederint, Apostolicam benedictionem a Sua Sanctitate implorarem. Interim cum sensibus peculiaris observantiæ et intimæ venerationis permaneo humillimus addictissimusque servus Ludovicus Archieppus Thessalonicensis Nuntius Apostolicus. Viennæ die 25. Februarii 1876.

Do pozostałej wyż wymienionej sumy przybyło od dnia 9. Lutego b. r. Ofiarowali: Parafia Szymbark 28 złr., Siedliska 8 złr., Laszki 4 złr., Grabownica 4 złr., Jasionów 25 złr. 23 ct., Trześniów 16 złr. 50 ct., Sanok 18 złr. 10 ct., Jaćmierz 13 złr., Bukowsko 10 złr., Strachocina 5 złr., Besko 5 złr., Nowotaniec 7 złr. 20 ct., WP. Horodyska 5 złr., ks. Mazankiewicz 2 złr., Parafia Zagórz 3 złr., Zarszyn 3 złr. 7 ct., Wielowieś 20 złr. 30 ct., Żołynia 15 złr. W czasie misyi odprawionych za staraniem Towarzystwa Boni Pastoris złożono w Rzeszowie 96 złr. 18 ct., w Besku 7 złr., w Bukowsku 15 złr., w Krasnem 105 złr. 33 ct., w Łowcach 124 złr. — Jks. Skrzyński 7 złr. 49 ct., Parafia Błażowska 12 złr. 70 ct., księża na rekolekcyach w Starejwsi zebrani 35 złr, ks. Biber 5 złr. — Parafia Korczyna 30 złr., JW. ks. Biskup 100 złr., konwent OO. Reformatów zebrał w kościele swoim 20 złr. — Ks. Pniewski ofiarował 10 złr., ks. Sołtysik Jędrzej 5 złr., ks. Uzarski 1 złr., ks. Stojałowski 4 złr., ks. Wolski 1 talar sr. JW. kks. Hoppe 20 złr., Kirchenberger 20 złr., Pawłowski 15 złr., Ziemiański 2 złr., Skwierczyński 10 złr., Łobos 10 złr., Szediwy 2 złr., ks. Mazurkiewicz 2 złr., Glazer 5 złr., Pelczar 5 złr., Spis 1 złr., Tranda 1 złr., Cymbul 5 złr., Łękawski 2 złr., Biega 50 ct., Bieleń 50 ct., Biesiadzki 1 złr., Więcek 50 ct., Matwijkiewicz 1 złr., Dzierzyński 1 złr., ks. Załuski od siebie i parafian 54 złr., JW. hr. Edmund Krasicki 60 złr., JW. hr. Aniela Krasicka 30 złr., Duchowieństwo i parafianie w Lisku 60 złr. — *Razem*: *6½ cwanc., 3 złr. srebr., 1 rubel sreb., 1 rubel papier., 2 talary w jednej sztuce, 17 talarów 3 dukaty i 1078 złr. 42 ct. w. a.*

2. Na Misyą w Bułgaryi.

Ofiarowali: ks. Radecki 2 złr., Parafia Laszki 3 złr., kks. Mazankiewicz 50 ct., Piękosz 50 ct., Biber 50 ct., JW. ks. Biskup 20 złr. JJ. WW. ks. Hoppe 2 złr., Kirchenberger 2 złr., Pawłowski 2 złr., Ziemiański 1 złr. Skwierczyński 2 złr., Łobos 1 złr., Szediwy 1 złr., kks. Mazurkiewicz 50 ct., Glazer 3 złr., Pelczar 1 złr., Spis 1 złr., Tranda 1 złr., Łękawski 1 złr., Biega 50 ct., Bieleń 1 złr., Biesiadzki 50 ct., Więcek 20 ct., Matwijkiewicz 30 ct., Dzierzyński 20 ct., ks. Machonik 1 złr. Razem do dnia 19. Kwietnia b. r.: 48 złr. 70 ct. w. a.

3. Na Misyą w Oryencie.

Do wykazanej w kur. I. z 1876. *sumy 2 złr. 40 ct.* przybyło: JW. ks. Biskup ofiarował 20 złr., JJ. WW. ks. Hoppe 2 złr., Kirchenberger 2 złr., Pawłowski 1 złr., Ziemiański 1 złr., Skwierczyński 1 złr., Łobos 20 ct., Szediwy 20 ct., kks. Mazurkiewicz 20 ct., Glazer 50 ct., Pelczar 50 ct., Spis 20 ct., Tranda 1 złr., Łękawski 40 ct., Biega 50 ct., Biesiadzki 50 ct., Więcek 20 ct., Matwijkiewicz 10 ct., Dzierzyński 20 ct.,

*Razem* do dnia 19. Kwietnia b. r. *34 złr. 10 ct. a. w.* którą kwotę odesłano dnia 20. Kwietnia b. r. do Konsystorza metropol. Wiedeńskiego.

W kur. I. z 1876. wykazano *26 złr. 60 ct.* od dnia 19. Lutego b. r. złożyli: Parafia Laszki 1 złr., ks. Mazankiewicz 50 ct., JW. ks. Biskup 20 złr., JW. kks. Hoppe 2 złr., Kirchenberger 2 złr., Pawłowski 1 złr., Ziemiański 1 złr., Skwierczyński 1 złr., Łobos 20 ct., Szediwy 20 ct., kks. Mazurkiewicz 20 ct. Glazer 50 ct., Pelczar 50 ct. Spis 20 ct., Tranda 50 ct., Łękawski 20 ct., Biega 50 ct., Biesiadzki 50 ct., Więcek 20 ct., Matwijkiewicz 20 ct., Dzierzyński 20 ct. *Razem* do 19. Kwietnia b. r. *59 złr. 20 ct.*, którą kwotę odesłano 20. Kwietnia b. r. do Konsystorza metrop. Wiedeńskiego. Przybyło: od ks. Machonika *1 złr. a. w.* 4. Na Misyą w Afryce.

W kur. I. z b. r. wykazano *29 złr. 5 ct.*, Przybyło z ofiar: ks. Mazankiewicz 50 ct., ks. Piękosz 50 ct., JW. ks. Biskup 20 złr., JW. kks. Hoppe 2 złr., Kirchenberger 2 złr., Pawłowski 1 złr., Ziemiański 1 złr., Skwierczyński 1 złr., Łobos 20 ct., Szediwy 20 ct., kks. Mazurkiewicz 20 ct., Glazer 50 ct., Pelczar 50 ct., Spis 20 ct., Tranda 1 złr., Łękawski 40 ct., Biega 50 ct., Biesiadzki 50 ct., Więcek 20 ct., Matwijkiewicz 20 ct., Dzierzyński 20 ct. *Razem* do 19. Kwietnia b. r. *61 złr. 85 ct.*, którą kwotę odesłano d. 20. Kwietnia do Konsystorza metrop. Wiedeńskiego. — Przybyło: od ks. Machonika *1 złr. a. w.* 5. Na Misyą w Ameryce.

W kur. I. z b. r. wykazano *40 złr. 25 ct.* — Przybyło z ofiar: Parafia Laszki 2 złr., ks. Mazankiewicz i Piękosz po 50 ct., JW. ks. Biskup 20 złr., JW. kks. Hoppe 2 złr., Kirchenberger 2 złr., Pawłowski 1 złr., Ziemiański 1 złr., Skwierczyński 1 złr., Łobos 50 ct., Szediwy 40 ct., kks. Mazurkiewicz 20 ct., Glazer, Pelczar i Tranda po 50 ct., Spis 20 ct., Łękawski 1 złr., Biega i Biesiadzki po 50 ct., Więcek, Matwijkiewicz i Dzierzyński po 20 ct. *Razem* do 19. Kwietna 1876. *75 złr. 65 ct.*, którą kwotę odesłano d. 20. Kwietnia do Konsystorza metrop. Wiedeńskiego. Przybyło: od ks. Machonika 1 złr., od ks. Buchwalda 4 złr., *razem 5 złr. a. w.* 6. Na grób Pański w Jerozolimie.

**b.** *Dary na ozdobę kościołów i uskutecznione restauracye około budynków kościelnych i plebańskich w r. 1875.* (Ciąg dalszy, obacz kur. I. z 1876.)

**W dekanacie Brzozowskim. Izdebki.** Konkurencya wystawiła nową organistówkę kosztem 391 złr. 34 ct., JW. hr. Bukowska sprawiła 4 komże dla ministrantów i ofiarowała do ołtarza M. B. 2 świecy dwufuntowe woskowe, WP. Kotarska obrós

do wielk. ołtarza. — **Jasienica.** Na pamiątkę jubileuszu wielkiego sprawiono z dobrowolnych ofiar 4 adamaszk. jedwab. chorągwie sztandarowe w raz z sutemi szarfami morowemi i obrazami monachijskiemi za 320 złr., odnowiono 2 szkolne chorągwie kosztem 20 złr. Sprawiono relikwiarz gotyckiej roboty za 30 złr., w którym umieszczono relikwie Najśw. krzyża; gierlandę z kwiatów do obrazu w ołtarzu i przy cyborium, 2 drzewa kameliowe i 12 bukietów do świeć. — Katarzyna Walczakowa ofiarowała do ołtarza M. B. dwa sznurki korali francuskich, Jks. Proboszcz sprawił 1 ornat żałobny, zrestaurował 5 ornatów, sprawił nową bursę aksamitną a 2 zrestaurował, sprawił stułę biało fioletową morową, a 5 stuł odnowić kazał. — **Przysietnica.** Sprawiono nowy dzwon 4 cetn. ważący za 215 złr. i sukienkę na puszkę za 10 złr. — **Starawieś.** Ze składek pobito na nowo kościół gątami i cały dach olejną farbą pociągnięto; kaplicę odmalowano i drzwiami szklannemi zaopatrzono, sprowadzono z Monachium dwie statuy Najś. Serca P. Jezusa i Matki Boskiej wartości 170 złr., antependia do ołtarzów Serca P. Jezusa i Matki Boskiej wartości 100 złr., dwie jedwabno-adamaszkowe chorągwie wartości 200 złr., kosztem Jks. Henryka Skrzyńskiego odnowiono welum do Sanctissimum roboty paciorkowej ś. p. P. Skrzyńskiej. Ze składek sprawiono 4 mosiężne lichtarze za 50 złr. Przelano dwa mniejsze dzwony, ofiarowano sukienkę na puszkę wartości 10 złr.

**W dekanacie Drohobyckim. Drohobycz.** Uzbierano na sprawienie nowego dzwonu wielkiego 555 złr. Ze składek odsrebrzono i odzłocono wielką puszkę kosztem 30 złr. — **Dublany.** WP. Celestyn Sozański sprawił mszał wartości 45 złr., ks. Proboszcz sprawił paschał z wosku białego za 20 złr., JW. hr. Izabela Krasicka ofiarowała ornat biały wartości 100 złr., W. Marya Nennel ofiarowała poduszkę na ołtarz wart. 10 złr. Ze składek parafian sprawiono baldachim za 80 złr., ornat czerwony za 70 złr., bursę za 8 złr., welum za 25 złr. — **Komarno.** JW. Karol hr. Lanckoroński ofiarował staroświecki krzyż bronzowy z wizerunkiem P. Jezusa na podstawie marmurowej, znacznej wielkości. — W. Listowska ofiarowała sukienkę na puszkę z branzoletą złotą wartości 25 złr., Panna Emilia Turzańska poduszkę na ołtarz, Łukasz Michułka 6 par świec z bukietami, Katarzyna Wandycz korale wartości 6 złr. — Ze składek parafian sprawiono chorągiew za 65 złr. (ks. Proboszcz dodał 5 złr.,) albę za 12 złr., ampułki za 1 złr., świece na ołtarz za 20 złr. — **Medenice.** Naprawiono ornat czarny kosztem 6 złr. 2 ct., bursę kosztem 1 złr., sprawiono dwie agendy za 60 ct., naprawiono mszał za 50 ct., komodę w zakrystyi za 3 złr., szafkę na monstrancyą za 1 złr. 25 ct. Do tych kosztów przyczynił się ks. Franciszek Weiss, dirigens, kwotą 5 złr. 60 ct. — **Rudki.** Sprawiono 10 swiec woskowych malowanych za 50 złr., 22 bukietów za 35 złr., 2 pary ampułek za 5 złr., W. Piotr Niedzwiecki ofiarował 1 parę ampułek cynowych wartości 7 złr. — Ze składek sprawiono aksamitną kapę czarną ze śrebrnem galonem za 99 złr., JW. Aleksander hr. Fredro ofiarował z Rzymu przywiezioną małą bronzową statuę Niepokalanego Poczę-

cia N. M. P., ks. Proboszcz dał wyzłocić 4 kielichy kosztem 30 złr. — **Tuligłowy.** Ze składek sprawiono bukiety do świec za 14 złr. — **Rychcice.** Ze składek sprawiono 22 lichtarzy rozmaitej wielkości za 112 złr., z dodaniem 63 funtów cyny. — **Podbóż.** W. Franciszek Hess ofiarował dywan wartości 50 złr., P. Hayek sprawił katafalk za 40 złr., P. Markefka dwa obrazy łącznej wartości 13 złr. — **Kœnigsau.** Ze składek parafian postawiono nowy ołtarz boczny, drugi ołtarz przerobiono, odzłocono i polakierowano, obciągniono baldachim nową materyą, wyzłocono kielich, sprawiono dzwonek mały, dwa mozdzierze, aspergile metalowe, trzy obrusy na ołtarze, i dwa obrazy do chorągwi, nadto ofiarowano 3 obrusy, tuwalnią nową, duży obraz; Salomea Bek poduszkę na ołtarz, ks. Puchalik 2 sukienki na puszkę, tackę pod ampułki i dywan.

**W dekanacie Mościskim. Hussaków.** Ze składek sprawiono do bocznych ołtarzów dwa obrazy za 55 złr., do feretronu dwa obrazy za 15 złr. W. Gutteterowa ofiarowała dywan wartości 30 złr. — Gawor sprawił światło woskowe na wielki ołtarz za 46 złr. i turybularz za 7 złr., Patron kościoła kazał pobić gontami dach nad kruchtą za 8 złr. Ze składek sprawiono dwa kroksztyny do katafalku za 2 złr. — **Miżyniec.** Konkurencya pokryła gontami dach na plebanii za 137 złr. Ze składek naprawiono organy za 150 złr., Panna Władysława Czupaczyńska ofiarowała firanki własnej roboty. — **Michałówka.** Bractwo Najśw. Sakramentu we Lwowie nadesłało dwie kapy, białą i fioletową ze stułami wart. 20 złr. JW. Baronowa Brunicka ofiarowała 4 obrusy za 12 złr., ks. Proboszcz dał obić czarnem suknem trumnę do katafalku za 4 złr., i wyzłocić patenę za 3 złr., konkurencya zrestaurowała stodołę i szopę plebańską za 800 złr., pobiła gontami dzwonicę za 70 złr., wyłożyła na restauracyę plebanii 22 złr. — **Mościska.** Ze składek odnowiono ołtarz Ś. Trójcy kosztem 830 złr., W. Opolski sprawił obraz P. Jezusa za 80 złr., Bractwo wstrzemięzliwości sprawiło chorągiew za 104 złr., Bractwo różańcowe odnowiło kruchtę kościelną kosztem 200 złr. — Królowa z Zakościela sprawiła baldachim za 80 złr. — **Myślatycze.** Ks. Proboszcz sprawił 2 ornaty i 2 kapy za 200 złr. — **Radenice.** W. Zofia Kakowska ofiarowała dywan wartości 30 złr., naprawiła kapy, ornaty i chorągwie za 60 złr., W. Stankiewiczowa ofiarowała na przerobienie 6 lichtarzy 38 złr., i sprawiła 4 lichtarze małe do cyborium; konkurencya pokryła słomą dach na stajni i szpichlerzu kosztem 350 złr., zrestaurowała kuchnię i piwnicę kosztem 100 złr., wreszcie pobiła gantami parkan około kościoła i dach nad zakrystyą nakładem 157 złr. — **Stubno.** Z daru ś. p. Najjaśn. Cesarza Ferdynanda 200 złr., ze składek parafian pomalowano i wyzłocono wielki ołtarz i ambonę za 328 złr.

**W dekanacie Przemyskim zamiastowym. Ujkowice.** PP. Michał i Konstancya Dornwaldowie ofiarowali pająk ośmioramienny w stylu gotyckim wartości 70

zł r., ks. Proboszcz obraz Serca Pana Jezusa, olejny druk w ozdobnej oprawie wartości 14 złr. 46 ct.

*W Przemyślu 20. Kwietnia 1876.*

**Maciej,**
**Biskup.**

## Z Konsystorza biskupiego o. ł.

***W Przemyślu 22. Kwietnia 1876.***

**Ks. Ignacy Łobos,**
Kanonik-Kanclerz.

*Drukiem L. D. Stœgera w Jaśle, 1876.*